

## Aduertencias para

nullo derogatur, cum fratres ab eius potestate sint exempti. ¶ 3. Notandum est, quod Paulus. 3. ampliauit, & extendit hoc Breue Adriani. 6. ad loca vbi sunt Episcopatus creati, vel in futurum creabuntur, etiam infra duas dietas: dum tamen interueniat Episcopi assensus. De quo infra. tit. Infidelium conuersio in concessionibus Pauli. 3.

¶ Et Episcopo existente in Episcopatu, non posset generalis Vicarius totius diœcesis dare hunc assensum: secus si nō existeret: argu. c. Nullus detemporibus ordinand. in. 6. & Clement. Dudum, de Sepulturis: vbi in presentatione Confessorum Episcopus debet dare suum assensum, sicut hic. Et tamē si Episcopus est in ciuitate, non potest Vicarius generalis dare. Siluest. verbo, Confessor. 2. §. 8. Ex quo patet, q̄ alij inferiores Vicarij nō poterunt dare huiusmodi assensum: quia nō possunt cedere honori, qui debetur in hoc casu Episcopis. At vero Episcopi bene poterunt concedere eis facultatem prestandi hūc assensum: quia possunt cedere honori suo, cui defertur in limitatione dicta, de duabus dietis. Sed debet interuenire clausula particularis in hoc, quia Episcopi possunt ex commisi

missi